



BOLETÍN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE MENORCA

NOS EL OBISPO

Después de publicado el último BOLETÍN, hemos recibido el siguiente Decreto:

SACRA CONGREGATIO RITUUM

URBIS ET ORBIS

Quum dies secunda mensis novembris proxime adfuturi hoc anno in Dominicam incidat, et propterea Commemoratio Omnium Fidelium defunctorum iuxta liturgicas leges agenda sit insequenti die mensis tertia: Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ut fidelium pietati omni aevo conspicuae erga animas in Purgatorio detentas, maxime eorum praesenti tempore qui luctuosissimo bello desiderati sunt, pro Sua quoque

caritate in ipsas animas, cunctis Ecclesiae Catholicae sacerorum Antistibus et locorum Ordinariis facultatem imperiri dignatus est permittendi *tantum hoc anno* unius Missae de Requie cum cantu vel lectae celebrationem die 2 novembris, Dominica XXI post Pentecostem.

I. In singulis igitur Cathedralibus, seu Collegiatis, vel Parochialibus atque iis potissimum Ecclesiis, aut publicis Oratoriis, quae animabus Purgatorii igne cruciatis praecipue iuvandis habeantur erectae, vel ubi Sodalitates aut piae Uniones in eundem finem canonice sint congregatae, Rmi. locorum Ordinarii praefata Dominica, die 2 novembris, Missam solemnem aut lectam de Requie celebrari permittant.

II. Praeterea Capitulis, Parochis et Rectoribus Ecclesiarum sive publici alicuius Oratorii, de quibus num. l., idem Rmi. Ordinarii Missae unius de Requie cantatae vel lectae celebrationem *semel* tantum permittant una ex Dominicis minoribus vertentis mensis octobris (scilicet diebus 12, 19, 26) aut insequentis novembris (nempe diebus 16 et 23), non impedita a festo ritus du, l eis I vel II classis.

III. Demum enuntiata die secunda novembris vel una ex praefatis Dominicis minoribus, funus ubi placuerit agi permittant cum Missa cantata vel lecta de Requie; vetite tamen quolibet sermone aut funebri oratione in eiusmodi funere.

Serventur autem in omnibus Rubricae et cetera de more servanda.

Inusitatum hoc indultum Missarum de Requie in Dominicis praeterleges liturgicas, attentis lacrimabilibus belli conditionibus, ab Apostolica Sede hac usque largitum, Sanctissimus Dominus Noster adveniente tempore sacri Adventus omnino desinendum inssit.

Ex audientia Sanctissimi Domini Nostri, die 6 octobris 1917.

† A Card. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

ALEXANDER VERDE, *Secretarius.*

* * *

En su virtud, podrá al tenor del Decreto, celebrarse una Misa de *Requie* cantada ó rezada al 2 de Noviembre y tambien en alguna de las Dominicas menores de Noviembre, que son los dias 16 y 23, no ocurriendo 1.^a ó 2.^a clase, en la Iglesia Catedral y en todas las parroquiales, y en todas las demás, donde haya establecida Asociación ó Cofradia de *Animas*. Tambien en cualquiera de dichos dias pueden celebrarse Honras fúnebres con Misa cantada ó rezada.

Ciudadela, 28 Octubre 1919.

† EL OBISPO.



Imp. y Lib. del Sagrado Corazón de Jesús. = Ciudadela

